

*Si quis vult post me venire,
abneget semetipsum.*

✠ Lécctio sancti Evangélii
secúndum Matthæum

16, 21-27

In illo témpore:

- ²¹ Cœpit Iesus osténdere discíplis suis
quia oportéret eum ire Hierosólymam
et multa pati a senióribus
et princípibus sacerdotum
et scribis
et occídi
et tértia die resúrgere.
- ²² Et assúmens eum Petrus
cœpit increpáre illum dicens:
«Absit a te, Dómine,
non erit tibi hoc».
- ²³ Qui convérsus dixit Petro:
«Vade post me, Sátana!
Scándalum es mihi,
quia non sapis ea, quæ Dei sunt,
sed ea quæ hóminum!».
- ²⁴ Tunc Iesus dixit discíplis suis:
«Si quis vult post me veníre,
ábneget semetípsum et tollat crucem suam
et sequátur me.
- ²⁵ Qui enim volúerit ánimam suam salvam fácere,
perdet eam;
qui autem perdíderit ánimam suam propter me,
invéniet eam.
- ²⁶ Quid enim prodest hómini,
si mundum univérsum lucrétur,

ánimæ vero suæ detriméntum patiátur?

Aut quam dabit homo commutatióem pro ánima sua?

²⁷ Fílius enim hóminis ventúrus est
in glória Patris sui cum ángelis suis,
et tunc reddet unicuíque secúndum opus eius».

Verbum Dómini.